Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Que sapiens vitat sponte pericula subit
Mendax mendicus modicum distare videtur
Nomine re rara dissociata sibi
Alliciunt tamen hoc quod in hiis addiscere multa
Possum quoque michi sufficiunt modica
Sic exercitii ratione mente bearet
Paupertas carui debita frena daret
Et sit a reliquis distarem religiosis
Quis deus est venter meus asinina mens
Qui plus acceptant salmonem quam salomonem
Et multum bibere scribere vero nichil
Qui modicum libros multum libras venerantur
Non aras sed aras non inopes sed opes

Ordo brunelli collectus ex aliis ordinibus

Talio dum mecum tacitus considero vitam
Nescio quam possim constituisse michi
Tutius ergo puto necnon consultius esse
Ut statuam leges ordinis ipse novi
Qui meus ordo meo nomen de nomine sumunt
Nomen in eternum vivat et in evum
Ordine de templi summam equos gradientes
Leviter et levius sit meus ordo michi
Ut mihi mentiri liceat quocumque locorum
Fratribus ex aliis hoc retinere volo
Ut sexta feria liceat mihi pinguibus uti
Hoc glumacensis conferat ordo michi
Fratribus ex albis satis est et sufficit illud
Ut liceat bracis nocte carere meis
Grandimontanos in eo quod multa locuntur

208v